



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 39. Salmanticensis Universitatis epistola ad ipsum Sorbonæ Collegium
eadem de re

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

„fundantur ac erubescant, qui supra Sæc. XVIII.
 „ipsam supremam cathedram caput at- A. C. 1716.
 „tollere procaciter audent, nec intelli-
 „gunt se Magistros effici erroris, dum
 „Christiana humilitate fieri dedignan-
 „tur discipuli veritatis. „

„Omnipotens Deus dirigat vias ve-
 „stras in beneplacito suo ac omnia vo-
 „bis læta, atque secunda largiatur,
 „quibus nos paternæ nostræ charitatis
 „testem Apostolicam benedictionem
 „peramanter impertimur. „

§. XXXIX.

*Salmanticensis Universitatis Epistola
 ad ipsam Sorbonam.*

Ejusdem tenoris literas Salmanticen- Temoignage
 sis Universitas ad Cardinalem Byf- l. c. p. 334.
 sium Meldensem Eqiscopum, necnon
 ad Arelatensem Archiepiscopum dedit:
 acrius autem exostulabat cum ipsis
 Sorbonæ Doctoribus, ad quos sequen-
 tes direxit literas.

„Cum ad aures nostras vix con-
 „solabili Dolore, pervenerit, quod
 „non factum modo, sed nec fieri cogi-
 „tarive posse unquam, vix immotæ
 „mentis aliquis sibi persuasurus vide-
 „retur, id illustrissimæ dominationi
 „vestræ, qua par est, observantia de-
 „crevimus nuntiandum; ut cum inso-
 „lentem, demirata fuerit quorundam,

M 3

„seu

Sæc. XVIII., seu hominum, seu furiarum audaciam
 A. C. 1716 „atque impudentiam, tum nostrum
 „omnium consternationem animorum
 „prosequatur. Audivimus istam no-
 „stram Salmanticensem Academiam
 „illustriſſimæ dominationi vestræ,
 „more, Authoritate, communione con-
 „iunctam, ea publicæ vocis fama tra-
 „duci, quæ nostrum nomen, honorem
 „que maxime labefactet: frequentibus
 „mos nimirum per totam Europam
 „spargi rumores, constitutionem Un-
 „genitus SS. Domini nostri Clemen-
 „tis XI. conspirante totius nostræ Aca-
 „demix generali confessu a nobis re-
 „jectam fuisse, despectam, & modera-
 „tius ut dixerimus, nullo modo fuisse
 „admissam. Quod rumoris genus, cum
 „epistolis primum familiaribus, privatis
 „inter viros, non sine magna admi-
 „ratione ad rei novitatem suspensio-
 „divulgari cæpisset; tum demum, au-
 „dacia vires acquirente, publicis no-
 „varum rerum tabellis commissum est
 „aut propria sponte sese prodidit me-
 „daciū; cujus fabricatores, serius licet
 „deprenderunt, ex multa Hispanica
 „consuetudinis ignoratione rumores
 „illos non bene ad scopum calumniarum
 „tium fuisse compositos, sed palam a
 „omnibus convinci falsitatis: mos e-
 „nim in Hispania is viget, ut quælibet
 „Sedit

„Sedis Apostolicæ constitutiones ad Sæc. XVIII.
 „generalem inquisitorem dirigantur, A. C. 1716.
 „qui easdem, nulla præcurrente Aca-
 „demiarum, Theologorumve consulta-
 „tione, quorum vel hoc solo nomine
 „certissima obedientia est, publicat,
 „præcipitque fideliter observari. Quare
 „correctiorem calumniam ut procude-
 „rent, imposturamque similiorem vero,
 „id Amstelodamensibus typis publicos
 „inter nuntios mandaverunt: trans-
 „missam, scilicet a Cardinali Inquisitore
 „huic nostræ Academiæ constitutionem
 „*Unigenitus* propterea potissimum a fa-
 „cultate Theologica fuisse recusatam,
 „quod illam Pontifex secerit inconsul-
 „tis quatuor orbis Christiani insignio-
 „ribus Academiis, & quod in dicta con-
 „stitutione sanctorum Augustini & Tho-
 „mæ doctrina damnaretur.,

„Undenam in Academiam istam
 „haud obscuri in orbe nominis tam a-
 „trox prodiverit calumnia, non solum
 „conjectari, sed certa narratione, haud
 „difficiliter possumus illustrissimæ Do-
 „minationi vestræ declarare. Quippe
 „novimus unum eundemque, qui om-
 „nium retro sæculorum hæreticos tenuit,
 „spiritum, in istos etiam Novatores
 „venenata fuisse successione derivatum:
 „diabolicæ scilicet fraudis, seductionis,
 „temeritatis spiritum, quo, cum om-

Sæc. XVIII. „nem cum religione pudorem perdidit
 A. C. 1716. „runt, tum ruinosa diffidentes caussa
 „(ut missas faciam sacri eloquii paginas
 „plurimos Ecclesie Patres, Concilia
 „Academias, Theologos tanquam suo-
 „rum errorum fautores, suos præ-
 „darios, suos prætorianos per sum-
 „mam injuriam traduxerunt. His e-
 „tiam nunc artibus instructi, hanc no-
 „stram Academiam in sui erroris, &
 „contumacie patrociniū adsciverunt
 „Novatores; rati neque injuria, tur-
 „pissimum suæ ab Ecclesia defectionis
 „crimen nostri hujus confessus imita-
 „tione obvelatum iri, multosque ex
 „incautis hominibus, misereque in su-
 „pernicem deceptis, sic esse facilius in-
 „ebibita sententia confirmandos, quam
 „parum esset, ingenti populi Christiani
 „scandalo, religioso quodam optime sen-
 „tientium horrore, præsertim vero ma-
 „xima nostrum omnium indignatione,
 „sanctissimæ Apostolicæ Sedis confir-
 „mationi rebelles extitisse; nisi etiam
 „ipsam istam Academiam nostram fera-
 „lis noxæ hæreticæque pravitatis im-
 „pudenter complicem efficerent. Quid
 „ad hanc calumniam addi potest; quæ
 „dolosior impostura cogitari? quod in-
 „solentius ab ipsis orci faucibus evomi-
 „mendacium? non solum enim publici
 „longe lateque per Europam divagati
 „nun-

„nuntii, absurdi, falsi, mandaces sunt, Sæc. XVIII.
 „nulla quippe nobis a Cardinali Inqui- A. C. 1716.
 „sitore proposita specialiter constitutio,
 „nulla expensa, nulla rejecta; verum
 „quod oportebat, quo ferimur amore,
 „qua in Apostolicam Sedem propen-
 „sione, impie a Novatoribus tractatam
 „Constitutionem *Unigenitus*, uti justifi-
 „simam, atque dissensionibus, discor-
 „diis, erroribus præcidendis utilem,
 „maximeque necessariam judicavimus,
 „probavimus, amplexi sumus, quæ
 „cum ita esse, neque aliter potuisse,
 „contingere, non modo supremum in-
 „quisitionis tribunal, consilia supre-
 „ma, inferiora judicia, Academiæ Hi-
 „spaniæ omnes, dynastæque cognoscant,
 „sed vel postremi ex plebe homines id-
 „ipsum facile sibi persuadeant; viderit
 „illustrissima Dominatio vestra insignem
 „Novatorum inverecundiam; & perfri-
 „ctam frontem, qua tam invisam ca-
 „lumniam, horribilemque imposturam,
 „non ob signatis tabulis, sed resignatis,
 „referatisque totis audaciæ foribus, in
 „omnium totius Europæ hominum ora,
 „oculosque obtrudunt. Nimirum has
 „edocti artes, ab optimo illo parente
 „suo, qui ab initio mendax est, & Pa-
 „ter mendacii, non hoc sunt contenti,
 „quod deficiant ab Ecclesia, religio-
 „nem cum Deo, mundo, diabolo, se-
 „cum

Sæc. XVIII. „cum ipsis, fatisque probrosis affectibus

A. C. 1716. „nibus partiantur, nisi etiam omnino

„jusvis generis homini, totis humanis

„tatis, & commercii rationalis, & morum

„banitatis legibus violatis, imponantur

„Ultimis, & decretoriis armis contra

„hæc monstra, proditoresque humani

„generis erat depugnandum, nisi Episcopus

„stolæ hujus prohiberet brevitatem, cui

„maxime consulimus. „

„Interea id solatii nos manet, quod

„calumniæ istius provocatione nostrorum

„erga Apostolicam Sedem animos extenuat

„ramus, totique Christianorum officium

„publicos faciamus: altissime enim

„hæret nostris in cordibus, Petri cathedram,

„cui tam pertinaciter, audeant

„eter, implacabiliter obsistunt Novatores

„esse columnam, firmamentumque veteris

„tatis, cui, quæ probentur, admittuntur,

„stantur, statuuntur, nullis non prohibentur

„bari, admitti, statui oportere; quæ

„vero rejiciantur, proscribantur, & condemnentur,

„demnentur, ab omnibus pariter Christianis

„fidelibus rejicii, proscribi, & condemnari. „

„Atque id hisce præsertim temporibus

„testatum vult hæc Salmantica Academia,

„quibus etiam illud Hieronymi ad Damasum scribentis, usus

„pans, jucundius accinit ad aures Ecclesie.

„Ergo Beatitudini tuæ, id est

„catholice

cathedrae Petri, communionem confocior . . . non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum? quicumque tecum non colligit, spargit. Quin & collectis in unum animis, vividiori qua valet, voce, totis nempe fidelitatis laceratae conatibus, elicit, istud acroama ingeminat: Jansenium non probo, odi Quesnellum; Sectatores detestor; Apostolicam sequor Sedem, audio Petri cathedram, decreta illius observo, constitutionem vero Unigenitus majori, qua possum, veneratione suscipio, qui enim Ecclesiae renititur & resistit, sic olim intonuit Cyprianus, qui cathedram Petri, supra quam fundata est Ecclesia, deserit, num in Ecclesia, se esse confidit; quibus ergo obtemperavi dicentibus, credite Evangelio, cur non obtemperem dicentibus mihi, nolite credere Manichæo: Augustinus agebat: & nos cur, reponimus, non Ecclesiae pareamus, dicenti, nolite credere Jansenio, nolite fidere Novantibus, nolite rebelles, pacem interturbantes, religionem subvertentes, audire, cur igitur calumniatoribus, adjungamur, Delirantibus confociemur, omni hypocrisi plenos homines imitemur, qui maximam impietatem, sub pietatis larva, effrenatamque licentiam adstrictioris vitae tegumento, divenditant personatam.?

„Hæc

Sæc. XVIII.

A. C. 1716.

Epist. 57.

Lib. de Unit. Eccle.

L. contra Epist. fund. cap. 5.

Sæc. XVIII

A. C. 1716.

„Hæc cum ita sint omnia, maxi-
 „mum operæ pretium esse duximus
 „ut illustrissimam Dominationem ve-
 „stram veritatis hujus commonefacere
 „mus, cujus detectione tam ingentium
 „mendaciorum Authores, sin minus
 „erubescant, omnem quippe pudorem
 „exuerunt & verecundiam, linguas
 „saltem improbissimas contineant, quibus
 „nostram erga Apostolicam Sedem
 „averfati obedientiam, fidelitatem
 „constantiam, turpissimas famæ nostræ
 „nominique dedecoris umbras offude-
 „runt. Quo etiam fiet, ut ii omnes
 „qui seu perduellibus faventes magnam
 „alacritate, & gaudio seu religioni, &
 „obedientiæ dediti, admiratione stupore
 „reque calumniam exceperunt, ab omni
 „tandem existimatione depulsi, ad pro-
 „stinam regrediantur opinionem, gloria
 „riamque, & famam & honorem a præ-
 „decessoribus nostris magnis in Eccle-
 „siam Catholicam, remque literariarum
 „meritis acquisitam, huic nostræ Ac-
 „demix restituant.„

§. XL.

*Declaratio Facultatis Theologiae
 Nannetensis contra Constitutio-
 nis acceptationem.*

Rem